

Universitätsbibliothek Paderborn

De Imitatione Christi

Thomas <von Kempen>
Antverpiae, 1607

De mirabili effectu diuini amoris. 4

urn:nbn:de:hbz:466:1-48701

CHRISTI LIB. III. 131 m CAP. V. ate De mirabili effectu diuini amoris. 1ca 1 D Enedico * te pater cælestis, pater Seruus am Domini mei Iesu Christi, quia 12mei paupetis dignatus es recordari. ter O pater misericordiarum, & Deus to- 2. Cor. I me tius consolationis, gratias tibi, qui me indignum omni consolatione, quandoam que tua recreas consolatione. Benedico ere te semper & glorifico, cum Vnigenito tes filio tuo & Spiritu sancto paraclito in ,& secula seculorum. Eia Domine Deus am amator sancte meus, cum tu veneris liin cor meum, exultabunt omnia inteam riora mea. Tu es gloria mea & exulta- Pf 32. Jutio cordis mei. Tu spes mea & resued gium meum, in die tribulationis meæ. Pf. 31. qui 2 Sed quia adhue debilis sum in gaamore, & imperfectus in virtute; ideò ernecesse habeo à te confortari & condus solari: propterea visita me sapiùs, & ninstrue disciplinis sanctis. Libera me à tur passionibus malis, & sana cor meum ab p1omnibus affect ionibus inordinatis: vt ım intùs sanatus & benè purgatus, aptus cte efficiar ad amandum, fortis ad patiendum, stabilis ad perseuerandum. P. 3 Magna

132 DE IMITATIONE

3 Magna res est amor, magnum omnino bonum: quod solum leue facit omne onerosum, & fert æqualiter Mai.11 omne inæquale. Nam onus fine onere portat, & omne amarum dulce ac fapidum efficit. Amor Iesu nobilis, ad magna operanda impellit, & ad defideranda semper perfecciora excitat. Amor vult esse sursum, nec vllis infimis rebus retineri. Amor vult esse liber, & ab omni mundana affectione alienus, ne internus eius impediatur aspectus: ne per aliquod commodum temporale implicationes sustineat, aut per incommodum succumbat. Nihil dulcius est amore, nihil fortius, nihil altius, nihil latius, nihil iucundius, nihil plenius nec melius in cælo & in terra: quia amor ex D E o natus est, nec potest, nisi in Deo, super omnia creata quiescere.

4 Amans volat, currit, & lætatur; liber est, & non tenetur. Dat omnia pro omnibus, & habet omnia in omnibus; quia in vno summo super omnia quiescit, ex quo omne bonum sluit & procedit. Non respicit ad dona, sed ad donantem se conuertit super omnia

bona

CHRISTI LIB. III. bona. Amor modum sæpè nescit, sed super omnem modum feruescit. Amor onus non sentit, labores non reputat; plus affectat, quam valet : de impossibilitate non causatur, quia cuncta sibi posse & licere arbitratur. Valet igitur ad omnia, & multa implet, & effectui mancipat, vbi non amans deficit & iacet. 5 Amor vigilat, & dormiens non Rom. 8.

dormitat. Fatigatus non lassatur: arctatus, non coarctatur: territus, non conturbatur : sed sicut viuax flamma & ardens facula, sursum erumpit, secureque pertransit. Si quis amat, nouit, quid hæc vox clamet. Magnus clamor in auribus Dei est, ipse ardens affectus animæ, quæ dicit: Deus meus, amor meus: tu totus meus, & ego totus tuus.

6 Dilatame in amore, vt discam interiori cordis ore degustare, quá suaue sit amare, & in amore liquesieri & natare. Tenear amore, vadens supra me, præ nimio feruore & stupore. Cantem amoris canticum, sequar te dilectum meum in altum, deficiat in laude tua anima mea, iubilans ex amore. A mem

n-

cit

er

ere

aad

fi-

at. fi-

Ne

ne

ur

m

ut

nil

nıl

hil

a:

0-

ita

II;

113

11-

112

lit ed

112 20

DE IMITATIONE 134 te, plusquam me : nec me, nisi propter te: & oinnes in te, qui verè amant te, ficut iubet lex amoris lucens ex te. I. Cor. 7 Est amor velox, syncerus, pius, iu-13. cundus & amœnus: fortis, patiens, fidelis, prudens, longanimis, virilis, & seipsum numquam quærens. Vbi enim 1.Cor. seipfum aliquis quærit, ibi ab amore cadit. Est amor circumspectus, hu-Phil. 2. milis & rectus: non mollis, non leuis, nec vanis intendens rebus; sobrius, castus, stabilis, quietus, & in cunctis sensibus custoditus. Est amor subiectus, & obediens prælatis, sibi vilis & despectus, Deo deuotus & gratificus, fidens & sperans semper in eo, etiam cum sibi non sapit Deus : quia sine dolore, non viuitur in amore. 8 Qui non est paratus omnia pati, & ad voluntatem stare dilecti, non est dignus amator appellari. Oportet amantem, omnia dura & amara, propter d'lectum libenter amplecti; nec ob contraria accidentia, ab co deflecti. CAP.